

## AD LECTORES.



**H**AEC confessio prorsus ignoran-  
 tibus principibus qui eam Cæsari  
 exhibuerunt, ab auaro aliquo ty-  
 pographo, ante duos menses pu-  
 blicata est. Et ita excusa est, vt mul-  
 tis in locis appareat de industria  
 deprauatam esse. Cum autē prin-  
 cipes, nec si velint, queant eam nūc é manibus homi-  
 num extorquere, & tamen periculum sit, ne mendæ  
 illæ, primæ editionis pariant nouas calumniás, neces-  
 se fuit recognitam & emendatam denuo edere, quia  
 non solum ad existimationem principum, sed etiam  
 ad religionem pertinet, præstare, ne ipsorum titulis  
 spargantur in vulgus huius generis mendosa scripta.  
 Quare nunc emittimus probe & diligenter descrip-  
 tam confessionem, ex exemplari bonæ fidei. Addi-  
 dimus & Apologiam, quæ etiam Cæs. Maiestati ob-  
 lata est. Verebatur enim futurum, vt alibi ede-  
 retur non fœlicius, quam edita est confessio.  
 Quanq̃ autem aduersarij placari nolint, tamen spera-  
 mus omnes bonos ac prudentes viros vbiq̃ gentium  
 his libellis lectis, intellectuuros esse q̃ nullum dogma  
 contra autoritatē scripturæ sanctæ & Catholicæ Ec-  
 clesiæ pfiteamur, Sed quod nostri optimo iure quos-  
 dam abusus rephenderint, & p̃cipuis locis doctrinæ  
 Christianæ, q̃ ad id tēpus p̃niciosissimis opinionibus  
 obruti fuerant, lumē attulerint. De iusticia fidei om̃ia  
 templa, monasteria, scholæ, deniq̃ libri omnes theo-  
 logorum recentium antea muti erant. In doctrina  
 pœnitentiæ nusquam tradebatur certa & firma cons-

A ij solacio